Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Christliche Leich- und Trostpredigt ...

Schragmüller, Johann Conrad

Speyer, 1661

Castrum doloris bb. mm. viri noblißimi, amplimißimi & consultissimis Dn. Georgii Collii [....]

urn:nbn:de:bsz:31-132624

Visual Library

CASTRUM DOLORIS

BB. MM.

Viri Nobilissimi, Amplissimi & Consultissimi

Dn: GEORGII GOLLII, JCti Celeberrimi Cæsarei Palatii Comitis Eminentissimi, Sacri Imperialis Cameræ Judicii Advocati & Procuratoris Senioris meritissimi multorumque Rom. Imperii Statuum Consiliarii Gravissimi.

Qui

Spiræ Nemetum 8. Maii Anni Epoch: Christianæ M.DC.LXI. ætatis suæ LXXV. hora prima matutina piè placideque obdormivit

à

Condolentibus & Lugentibus extructum

SPIRÆ NEMETUM

M DC LXI.

Ode Alcaica.

QUo Musa tendis? contrahe lintea:
GOLLIUS Palati Cæsarei Comes,
Nitorque Phœbi, fama Suadæ,
Flos pietatis, amor Themistos
Vixit, Senectâ raptus in integrâ,
Vixit benignus, munificus, pius,
Humanus; heu! his lustra septem
Attigit, ut Lachesis secaret
Fatale filum: hinc flet Themis aurea,
Orbata alumno: luget amabilis
Dice atque Suada; en stant dolentes
Verticis Aonii Choragus
Novemque Musæ; nec pede tortili
Ducunt choreas amplius, aut novum
Melos redintegrant sonante
Barbite; vel fidibus canoris.
En Ille multis flebilis occidit
Revera amicis; flebis omnibus
Clientibus, nulli dolendus
Ille magis, Tibi quam relictæ
GOLLINIANÆ: Tu lachrymas cies
Semper fluentes: non Tibi vespero ad-
ventante decedunt querelæ,
Non rapidum ex oriente solem;

Tu

Tu indesinenti fomite fletuum
Urges maritum; Tu gelidam frequens
Accersis umbram: Tu ingemiscis
Exanimes vocitando manes
Corpusque amatum: proh dolor! heu dolor!
Frustra fatigas pallida mortui
Membra atque manes; frustra amicam
Frustra animam vocitas mariti.
Nunc ipsæ lætus, pectore maxumo
Caliginosas orbiculum strues
Mundique deliram senectam
Odit, amans superûm catervæ;
Atque hoc quiescit marmore: candidos
Adspergeflores; da tumulo rosas
Viator, & membris quietem
Pacificam pius adprecare.

Affinis συμπαθείας declarandæ ergò adposuit

Johannes Henricus Zinck/J.V.L.
Imp. Cameræ Judicii Advocatus
& Procurator.

PRæclarum titulis tua Te solertia fecit,
Vir magne, & pernix studium cuicunque favendi
Dum vixti. Nemo potuit non admirari
Continuas operas, catenatosq; labores,
Quos inter vegetâ, licet æger corpore, mente
Versabaris. Ob has dotes Tibi CÆSAR honores

Contribuit meritos, Comitem *Te quando* Palatl
Designat! Non hora fuit, quâ nectere moras
Didiceris: Senium, jam nunc quoque lumine adempto,
Nil nisi sedulitas erat: Attamen integer usque
Ad vitæ extremum intellectus, quæq; rogatus
Difficiles inter somnos, ad cuncta regesti
Congrua verba Tuis. Atqui en! venit ultima rerum
Linea, conticuit Suadà & Themis, indè laborum
Inducta est requies. Comitem *civemque* Palatl
Te superûm reddit CHRISTVS, meliora caducis,
Angelico comitante *choro, lucra deindè capesse.*

In honorem Dn. Defuncti Schedium hoc, invitâ licet Minervâ, adscripsit

Iohann Vlricus Weidenkopff *D.*

Gell. N. A. 3. 15.

DIagoras Rhodius cum mascula pignora ludis
Spectat Olympiacis præmia ferre manu,
In caput & patrium victrices ponere lauros
Basia suscipiens, sertaque jacta chori;
Lætitiæ fertur nimiæ dulcedine pressus
Exhalando animam morte perisse brevi.
Nunquid & in nostrâ vitæ Verus Sator urbe
Christicolis casus præparat ille pares?
GOLLIUS, ex sacro tulerat qui fonte GEORGI
Nomen, id in seclo jamque perenne tenet.

Quæ-

Quæque patet latis Germana potentia campis
Consiliis GOLLI nomen ubique cluit.
Ingenium, Dotes indefessosq; labores
Non fas est parvis attenuare modis.
Desine Musa loqui rudis ergo, mente revolve
Flenda ne sit tanti mors inopina Viri.
Non velut ignavus confractus pectore miles
Discessit, secum clara trophéa vehit.
Conspicuis anni frontem cinxere coronis
Prov. 16. 31. Canitiem, multam progeniemque puta. Prov. 17. 6.
Qui vitæ linquens ergastula lætus obivit
Non hujus spargat Nenia mœsta rogum.

Affinem mœrorem levat

J. A. E.

HEic, ubi Romani dat honoram Curia sedem
Suprema Imperii, sancta Themista tibi;
Multas multorum, Golli, Patrone clientum
Egisti causas ore sed & calamo.
Ore sed & calamo (longi qui temporis usu,
Nec minus ingenii dexteritate tui
Pollebas multum) quoties victoria parta
Est, tibi læta, cliens, Causidicoque tuo;
Sedulus insomnes egit sæpissime noctes,
Et sudorifero est acta labore dies.

Ergo resistentes vicisti, maxime Golli
Dexteritate tuâ sedulitate tuâ.
Vicisti justè (quis enim neget?) omnia justi
Sunt subjecta probo judicis arbitrio.
Iudicis arbitrio. cautè quam Gollius egit
Magnus, multorum causa probata fuit.
Hinc tibi parta simul laus, nec non gloria, nec non
Doctorum volitans fama per ora virum.
Inde lepos oris, calamique peritia docti
Partibus à multis sæpe petita fuit.
Ergo laborandum juveni sic esse probasti,
Atque sui dotes excolere ingenii:
Si quis in hac vita sibi dignos speret honores,
Si quis & infelix non velit esse senex.
Te fortuna quidem lætis aspexit ocellis,
Non tamen immoto perstitit illa pede.
Quantum sors dat in hâc vitâ mortalibus, in qua
Sunt mala mixta bonis, & bona mixta malis.
Longum esset, longa narrare incommoda vitæ,
Non mihi velle placet, nec mihi posse datur.
Quot præmisisti Charos tibi, lucibus ex tot,
Quæ caruit luctu, lux quota quæque fuit?
Cætera quid memorem? quid miles, & improbus hostis,
Quid ve mali tulerit longa senecta tibi,
Invidiam narrem comitem virtutis? at illam
Sprevisti, vulgi judiciumque simul.
Invidiæ domitor, monstrorum interritus, aulam
Intrasti ætheream; justum ubi judicium,
Non ibi judicium vulgi, non ulla senectæ
Sunt mala, & infelix exulat invidia,

Nunc

Nunc ibi præmissos tibi amore & sanguine iunctos
Affari, atque simul cernere posse datur.
Hic, Comes ætherei, Comites comitate, Palati,
Vive, & in æternum cælica regna cole,

Honoris E. F.

Christophorus Klam / Gymn.
Spir. ConR.

LUgebunt alii, non est mea cura, malorum
Sors quicquid nobis lubrica ferre solet.
At nos mœsta viri deflemus funera magni,
Doctrina egregii, consilioque senis.
Qui fuerat quondam juris moderator & æqui
Excellens, trepidis præsidiumque reis.
Qui fuerat nulli vera pietate secundus,
Qui decus, Imperii curia summa, tuum
Heu! fuit: at sævæ rapit inclementia mortis
Hunc qui perpetuò vivere dignus erat.
Hinc ergo migras nunquam rediturus, & urget
Te leti frigus, perpetuusque sopor,
Ætatem seris fratrum cui contigit annis
Vincere, GOLLIADUM stella corusca domus?
Te Mystam Themis alma suum, te luget alumnum
Diva Astræa, sacro quem tulit ipsa sinu.
Te desiderio deplorat turba clientum
Ingenti, accusans te dolet, atque reus.

Te,

Te, ſincera quibus pietas, queis jura fidesque
Sunt cordi, mæſta voce ſubinde gemunt.
Sed quando ſic fata volunt (obſiſtere fatis
Non licet) hæc forti pectore ferre decet.
Occidit ille quidem multis deflendus honeſtis,
Sed tamen ut vivat, gloria parta facit.
Juſtorum in cœtu felix in ſecula vivit,
Qui modò juſtitiæ cultor in orbe fuit.

Hiſce verſiculis pingui Minerva conſcriptis, dolorem ex obitu Dni. Patrui, Fautoris & Patroni ſui ætatem colendi teſtari voluit, debuit.

Johann Lucas Goll.
LL. St.

JVſta Dei lex eſt, & non violabilis ulli,
Vt tandem vitam finiat omnis homo.
Cur fruſtra vanas conſumimus ergo querelas,
Et non impoſitum ſponte ſubimus onus?
Scilicet illa nocens nec duratura voluptvs
Tanti eſt, & vitam nos deamare facit:
Quanto Tu melius VIR CONSVLTISSIME, morte
Lætus, divina lege iubente ſubis.
Et mentem reddis cœlo Terræq; ſenile
Corpus, mundanis non violate malis.

Ultimi honoris ergo ſcripſit
Argentinæ

Iohannes Goll.

ES ist nicht alls so böß / wie mancher offt gedencket
Was eim zuwider ist / und man vor übel acht/
Offt wird durch solch ein Ding viel guts zuwegen bracht.
Was ists dann / daß man sich so ängstiglichen Kräncket/
Vnd nicht das gute auch / daß folget / wohl bedencket.
Wolan wer selig stirbt / der hat ein Ende gemacht
An aller Traurigkeit / die er alsdann verlacht/
Weil tausendfältig Freud ihm Gott dargegen schencket.
Nun hat der Höchste Gott / Herr Vetter euch versetzt /
Dorthin wo ewers Leids / ihr ewig werd ergetzt /
Wo auß dem Wollusts Strom / ihr sattsam werd geträncket/
Ihr werd zwar hier beklagt / weil euch des Todes Macht
Nunmehr uns hat entzuckt / daß uns viel Schmertzen bracht
Doch ist das unser Trost / weil es Gott so verhencket.

Zu schuldigen letzten Ehren setzet dieses Sonnet / seinem nunmehr in Gott ruhenden Herrn Vettern.

Johannes Elias Goll/
von Straßburg

ACh leider ! muß in dieser Welt
Ein jedes Ding vergehen ?
Ist nichtes / daß den Stich behäle
Vnd ewig kan bestehen ?
Ist dann nur alles Leben
Dem Wechsel übergeben ?

2

Hilfft weder Jugendt / Alter / Gunst /
Noch schöne Leibes Gaben?
Hilfft keine Klugheit / keine Kunst
So wir von Gott her haben?
Kann keiner von dem Rachen
Deß Todes sich frey machen?

3

Was mag' es dann seyn / daß wir hie
Der Welt uns so ergeben /
Ja daß wir immer spath und fräh
Nach Gold und Silber streben /
Was helffen heut die Frewden /
Wann wir bald morgen scheiden.

4

Schaw Menschenkind / wie steiff und kalt /
Der ALTE HERR da lieget /
Der manchen offt und mannich falt
Im rechten hat vergnüget:
Er der gerechte Spiegel
Träget jetzt des Todes Ziegel.

5

Ach schad / daß dieser Kluge Herr /
Nun in der Erd soll stehen /
Ja daß man soll sein Grab nunmehr
Auff solche Weiße sehen:
Hie liegt mit Leibes Gaben
Ein frommer Herr begraben!

6

Doch Mensche wer kan wider Gott
Vnd dessen Rath und Wollen/
Dem alle willig zu Gebott/
Wir stündlich flehen sollen:
Er bleibt doch unser Vatter
Ja unser bester Rather.

7

Wohl dem der so viel weiß und kan/
Daß er das recht bedencket/
Vnd nimbt mit gutem Hertzen an/
Was ihm sein Schöpffer schencket.
Wir müssen seinen Willen
Doch endlich auch erfüllen.

Auß mitleidigem Hertzen überschickt
dieses
Johan-Kasimir Herrmann/
natu major.

JUstus eras vita, GOLLI, Patruus mihi major,
Te candore prior, vix quis in orbe fuit:
Mors injusta tamen justum non curat utrumq;
Justus & injustus præda superba nece.
Lugeo cum Camera Spiræ, quod lumine tanto
Orba sit ac orbis dexteritate tuá.
Sed vult, qui vitæ metas numerumq; dierum
Ponit, parendum, GOLLIUS, inquit, obit.

Sic luctum testatur
Joh. Hermannus, minor.

WAnn Klugheit/ Kunst und Ehr/ wann Tapffer einher gehen/
Könt machen/ daß ein Mensch möcht vor dem Todt bestehen/
Herr Vetter ihr lebt noch/ der Todt mit seiner Macht
Kein Haar euch krümmen solt/ er würde nur verlacht.

Zu letzten Ehren seines in Gotte ruhenden Herrn Vetters in eil gesetzt und überschickt

von
Johann Jacob Herman/
dem Jüngsten.

CVm querulis alii Verbis gemituq; dolorem
Testentur mœsti fœmina, viroq; simul
Et pueri atque senes, tam qui tibi sanguine Iuncti
Quam tua quos fecit gratia magna tuos.
Cur ego non querar, atq; gemam doleamq; fleamque?
Me favor ille tuus fecerat esse tuum.
Magne colende Senex Golli, *mihi maxime Fautor!*
Tu mihi Præceptor, Tu mihi Doctor eras.
Tu mihi Patronus! Tu quicquid Amicus Amico
Quid loquor? ah! nato quod Pater est, id eras.
Quanta (heu!) facta tuo sunt funera vulnera nobis
Heu! mihi non ullum fert medicina modum.
Si tibi Naso fides: est quædam flere voluptas — *Trist. 4. Eleg 3. d. 19.*
Expletur lacrymis, egrediturq; dolor.
Hinc flebo Magni Golli *fata ultima; donec*
Expletus lacrymis egrediare dolor,

In

In Tumulum

Gollius *hoc parvo requiescit marmore* Magnus,
Vltima dum veniat Iudicis hora DEI.

luctus monumentum
posuit.

Athanasius Reinhard. Augustanus. Dn. Defuncti Protocollista.

Klag-Liedt.

Könt ich jetzt für Trauren lallen/
Vnd ein Klaglied lassen schallen/
Köndt mein unberedter Mundt/
Reden recht zu dieser Stund.
Wolt ich nur von Trawren sagen/
Vnd von diesen Jammertagen/
Die der Todt jetzt hat erregt/
Da Herr GOTT er Euch erlegt.
Ach es ist ja unser Leben
Todtes Macht zu eigen geben/
Alles stirbt zu seiner Zeit/
Hier in dieser Sterbligkeit.
Alles was auff Erden lebet/
Alles was in Lüfften schwebet/
Für des Todtes Pfeil und List/
Keine Stunde sicher ist.

Todt wie magstu den doch tödten
Welcher auch in höchsten Nöhten?
Bald mit Raht und bald mit That/
Vielen offt genutzet hat.
Köndte nicht ein ander sterben
Der den Frommen zum Verderben
Mehr dann allzulange lebt/
Vnd allein nach Schaden strebt.
Aber das ist Gottes Wille
Dem ein Christ muß halten stille
Ihr Verwandten schicket euch drein
Es hat ja so sollen seyn.

Dieses schreibt auß hoch betrübten Gemüht zu schuldiger observans.

Johann Georg Eichel/ Not. publ.
Amanuensis.

HEu mihi! dulcis Avi non ora docentia posthæc
Audire, aut vultus cernere posse datur.
Quam volui semper, quæ Te voluisse videbam!
Quæque Tibi, hæc eadem displicuere mihi.
Dissidium fecit mors, jam diversa voluntas
Est mihi; nec, quod Avus jam probat, ipse probo.

Nostro

Nostro arrisit avo mitissima mortis imago,
Et vixisse probat, dulce fuitq; mori.
At nobis eadem tristissima mortis imago
Vivere Avumq; opto, triste fuitq; mori.
Illi laudatur, blandæ clementia mortis,
Quæ dedit ut terris possit abesse procul.
At mihi culpatur diræ inclementia mortis,
Quæ negat ut nobis posit adesse Pater.
Non Avus unquam ædes nostras invisere curat,
Æthereas gaudet posse videre domos.
Has non invideo: queror hoc mage semper amando
Quod cogatur Avo nostra carere domus.

Honoratissimo Avo piæ memoriæ causa

Georgius Fridericus Müeg,
Spirensis.

Epicedion in Proavum

Syl 5.5. *Acclinis tumulo, luctus in carmina verto*
Discordesque modos & singultantia verba
*Molior: Orsa dolor prohibet * stat pectore demens* Syl. 1.2.
Syl. 1.2. *Luctus, & admoto latrant præcordia tactu*
Iamne canam? lachrymis en & mea carmina in ipso
Ore natant tristesq; cadunt in verba litura

Gollia-

Golliades Proavus: * Fatis namq; haustus iniquis — Syl. 5.2.
Syl. 5. 2. Occidit, * expletis humani finibus ævi. — Syl. 5. 1.
Syl. 3. 3. Mactepio gemitu! dabimus solatia dignis
Luctibus! æternasq; ultro sacrabimus umbris
Inferias! * notat ista Deus, qui flectit habenas — Syl. 5. 1.
Syl. 5. 1. Orbis & humanos Divinè digerit actus.
Syl. 1. 4. Reddere Iura foro; nec proturbare curules
Dignarique manus humiles & verba precantum
Et ferrum mulcere toga: Sic itur in alta!
Theb. 6. Præstantesq; viros vocat ad sua præmia virtus!
Theb 7. O mihi sollicitum decus ac suprema voluptas!
Syl. 5. 2. Occidit, in cujus posuerunt pectore sedem — Syl. 4. 6.
Syl. 4. 6. Blandus honos hilarisq; tamen cum pondere virtus,
Syl, 2. 3. Cui nec pigra quies, nec iniqua potentia nec spes
Improba; sed medius per honesta & dulcia limes,
Syl. 5. 3. Nec simplex patriæ decus & natalis origo.
Quid referam expositos servato pondere mores,
Quantus amor recti, rursusq; ubi dulce remitti
Gratia quæ dictis, animoq; nulla senectus;
Syl. 1. 4. Sed labor intendens animiq; in membra vigentis
Imperium, vigilesq; suo pro Cæsare curæ
Dulce opus! Hinc fessos penitus subrepsit in artus
Insidiosa quies & pigræ oblivia vitæ.
Syl. 2. 3. Cœlica tecta subit! Demum * nunc * ipse beatas
Circumplexus opes: * Nullis hic jura procellis — Syl. 1. 3.
Syl. 3. 5. Nulla fororabies, aut strictæ jurgia legis.
Pax secura locis & desidis otia vitæ
Et nunquam turbata quies somnique peracti!
Syl. 4. 6. Hic igitur tibi læta quies fortissime dirum
Syl. 4. 2. Magne Parens! hic nunc fœlix hominesq; Deosq; — Syl. 2. 1.
Syl. 2. 1. Et dubios casus & cæca lubrica vitæ
Effugis immunis fati: (non ille rogavit
Non timuit meruitve mori) nunc pectore magno
Spemq; metumq; domas vitio sublimior omni

Despi-

Despicis errantes humanaq; gaudia rides
Syl. 2. 2. *Et nunc discussa rerum caligine verum*
Aspicis: illo alii rursus jactantur in alto;
At tua securos portus blandamque quietem
*Intravit non quassa ratis * felixque beatè*
Vive Midagazis & Lydo ditior auro
Troica & Euphrates supra diademata felix:
Thebaid. *Sed Tibi si quis adhuc pretendit nubila livor*
l. 12 ℣. ult. *Occidet, & meriti post me referentur honores.*

Desumptum è P. Pap. Statii Libr. Sylvar. & Thebaid.

Summa condolentia & venerationis.
E.
Apposuit Pronepos

Georg. Gerhard. Capp,
Spirens.

Beschluß von Joh. Josepho Beckhen/ in Eyl hinzugefüget.

DJe Güldne Himmelß-Scheib/ die Sonn mit ihren Speichen
Die mochte damahls kaum der Tetis Beth erreichen/
Da sie vorhero schon mit fünfftzehn hundert Jahren
Vnd achtzig sechs dazu/ den Himmelsbau umbfahren/
Als unser liebe Herr/ den jetzt der Sarch umbgeben/
Das Tageliecht ersah'/ und da empfieng das Leben.
Das Haupt des Edel-saß das Straßburg daß sonst lieget/
Als eine Silberburg/ daß über Stätte fieget/

Von wegen seines Thurns / der von des Künstlers Händen
Vnd der Natur sich muß nach blauen Wolcken wenden
Das war sein Muttergrund (in dero Er gebohren
Vnd durch die Lebens-Tauff zum Leben außerkohren.)
Der Frühling seiner Zeit / war lächtzen / ächtzen / weinen /
Der Sommer seiner Tag wolt etwas herber scheinen.
Dann Angst / Gefahr und Müh die must er vor ihm sehen
Vnd manchen Vnglücks-schlag voraber lassen gehen.
Der Leib nahm tapffer zu / die Seel wolt immer steigen
Nach jenem Hügel hin / wo sich die Schwestern neigen
Vor ihrem Oberhaupt / wo Weißheit ist zufinden
Die Erd und Himmel kan in enge Schrancken binden /
Sein Sinn war nicht gesinnt im Vatterland zu bleiben
Die Winde musten ihn in frembde Länder treiben.
Den feisten Schweitzergrund / wo Fauni Rohrgethöne
Der Heerde äuter füllt / wo Echo Klaggethöne
Die Thäler überrufft / den must er auch beschreiten /
Von dar wolt ihn sein Geist nach leichtem Franckreich leiten
Der Sinne Schärfferin / allwo er sich geübet
In dero Sprach und Kunst / die er allzeit geliebet /
Den Königlichen Sitz Paris hat er durchgangen /
Vnd endlich widerumb auff seiner Freund verlangen
Das Vatterland erreicht / ich wil nicht ferner sagen
Auff welche Seith er sich sonst weiter hab geschlagen
Ohn daß er sich ahnher nach Speyer hab begeben;
Nach Speyr der Edlen Stadt / wo Kunst und Tugend schweben:
Wo die Gerechtigkeit auff ihrem Throne Pranget
Wo Reich und Arm ihr Recht ihr Häuff und Trost erlanget /

In:

In dieser sag' ich ist der seel'ge HERR geblieben
Die Praxin da zu sehn/und seine Zeit vertrieben
In Gottes Furcht und Fleiß / daß ihm auch so gelungen
Daß er den höchsten Grad der Ehren durchgetrungen.
Die Zeiten seines Herbsts/die liessen sich bedäncken
Ob müsten sie dem Glück mit beyden Händen wincken.
Die Freuden häufften sich/er sahe nach dem Leben
Wo muß nach Gottes Wort das Weib den Mann ümbgeben/
Wo eins des andern Seel wie seine kan bewegen
Daß man die Ehe nennt / in dero er den Segen
Durch 7. Kinder sah / der Würger aber legte
Ihm drauff sein' Liebste hin der schon von Anfang pflegte
Wie heut und immer hin/der Menschen Freud zu stören
Vor dem sich weder Haupt noch Underthan kan wöhren /
Weil aber auff das Leyd Erkwikkungen sich finden
So must auch wiederumb das schwartze Trauren schwinden
Dann Gott der allzeit reich/der wolt ihm wieder setzen
Ein Trost an seine Seith / der solt ihn dann ergötzen
Im Glück und Vngelück / die Gab war wohl gelungen
Es war ihm auff das neu' ein Kinderlied gesungen/
Das bracht ihm reichen Trost / und was noch mehr vor Freuden
Er sich in diesem Stand in Frieden kunte weiden.
Das Glück wolt weiter fort / es ließ ihn höher kommen.
Vnd wurd als Advocat der Cammer angenommen
Der Cammer welche hegt die Seulen Teutscher Rechten
Den Wohlstand unsers Reichs/daß manche nicht gedächten/
Da Majestät das Haupt da Chur- und Fürsten halten
Dieselbe in der Wacht/da sie allzeit verwalten

Die Hochgelehrten Sinn/Er hatt' noch kein Genügen
Der grosse Ferdinand der halff ihm zu dem Sigen
Daßer ein Pfaltzgraff war/ermust auch vielen Ständen
Die ihn darumb ersucht/sein reiff Bedencken senden.
Sein Wohlfahrt floge hoch / sein Glück stund auff den Zinnen
Es gieng auch so hinauß nach allen seinen Sinnen.
Wie hoch wir aber seind in Glückes Stand begriffen
So wird uns doch einmahl ein ander Lied gepfiffen
Nach jenem Reyhen hin wo abgefleischte Knochen
(als unser Sünden Sold) in dunckler Erden kochen
Es hilffet keine Kunst/ wir fallen wie die Ähren
Das hat der Seel'ge HERR vor dißmahls auch erfahren.
Der Winter seiner Tag fieng an betrübt zugehen
Die Augen giengen zu / und kundten nicht mehr sehen
Der Leib war matt und schwach / endmarcket seine Glieder
So daß er sich begab auff seine Ruh darnieder
Das Hertz war ohne Krafft / die Seele aber wolte
Daß man ihr ihre Reyß zum Himmel lassen solte/
Gott wurd' drumb angeruffe/ der wolt es nicht versagen/
Drauff fuhr die Sehl hinauff / entfernt von allen Plagen.

* * * * * * * * *

Das ist unser Lebens-lauffen / also pflegt es hier zugehen
Eh wir uns kaum recht betrachten/ ist es schon umb uns geschehen
keine Weißheit tüget nicht/ Heiligkeit wird nicht verschont/
keiner wird auff dieser Welt mit der Ewigkeit belohnt/
Abraham die Glaubens-Seule / Salomonis Weißheit Flammen
schlugen in die Eytelkeiten als in einen Topff zusammen
Simsons Macht und Heldenmuht/welcher den Philister Brandt
Vnd beschimpffte dessen Stadt/liegt endliechtet in dem Sand.

David

David selbst mit seinen Geistern / welcher sonsten/ wie Poeten/
mit den Engels gleichen Liedern selbst die Traurensgeister tödten
lieget eingeäschert dort/ Hiob der es wohl verstund
sagte solches offt herauß mit betrübter Seel und Mund.
Hector lieget nun entmannet/ Hercules hat kein Empfinden
ob sie wohlen beyde kondten gleichsam Höll und Teuffel binden
haben dannoch müssen sehn wie sich Styx und Phlegeton
überschitten in dem Pech/ ihrer Helden Thaten Lohn
War von Clotho außersonnen und von Lachesis bestimmet
welchen Atropos gefolget/ die sonst ohne das ergrimmet
und die Stärcke ihrer Fäust hingeworffen in den Grund.
welcher letzte doch besiegt' selbst den dreygeköpfften Hund.
Vnser Wachsen ist ein steigen zu dem Wiederuntergehen
wann wir kaum die Sternen schawen / müssen wir das Grab besehen/
elend ist der Menschen Zweck/ wann wir uns so hoch gebracht
daß wir gleichsam das Gestirn und die Menschheit selbst veracht/
Kommet dann die Todtes-Sichel / und zerhauet unser Leben
da wir dann mit unsern Sinnen in Vergessenheiten schweben
zwar wir förchten uns darvor / da hingegen doch der Todt
uns versetzet in die Freud und er löset von der Noth.
Die Verzagten die erschrecken wann sie von dem Sterben höhren
und nur wegen Blödigkeiten ihre Forcht und Angst vermehren/
da hingegen ein Gemüht daß von Tapfferkeit endzünd
nur des Todtes Bitterkeit achtet als den leichten Wind.
Freylich können wir wohl nennen unser Leben sey ein Kwälen
welches all sein Vngelücke nimmer nicht weiß zu erzählen
Sisyphus der wältzt den Stein alle Tag den Berg hinauff/
fallet doch zur Abendzeit wider ab mit schnellem Lauff/

Also hat er alle Stunden wieder auff das neu zu schwitzen/
unsre Tage leiden nimmer daß wir in der Ruhe sitzen
Schmertzen seynd uns angelegt/ Unruh ist uns angehengt
unsre Fröligkeit ist nur mit Verderben untermengt/
Dencke was den Leib anfichtet/ dencke was die Seel betrübet
dencke wie der höllisch' Vogel seine Rach an uns verübet
dencke was der Himmel thut/ Blitz und Donner mengen sich
die erzörnten Norden-Wind stürmen auff uns grimmiglich/
Wann die Menschen sich befreunden werden sie bald falsch erfunden
können ärger als die Feinde unser Hertz und Seel verwunden
Redlichkeit ist Himmel auff/ Warheit ist nur ein Verdruß
wer nicht heut verfälschet ist/ der ist kein Politicus
Aber dieses macht betrübet/ und verbittert unser Leben
so daß wir auch öffters wüntschen ausserhalb der Welt zu schweben
also ist kein Ursach da daß man lang die Welt begehrt
unser Elend wird gelegt/ mit dem Leib in dunckle Erd.
Ach was muß man jetzo sehen Himmel deine blancke Sternen
schawen mit betrübtem scheinen/ unser Elend schon von fernen
Phœbus eilt mit seinem Rad seine Schwester mit dem Horn
dann sie sehen alle beyd den beflammten Himmels-Zorn
Perseus geht mit vollen Schritten seine Ketten abzuholen
die an Caucaso geschmiedet/ Eris suchet schon die Kohlen
und den Vberfluß der Asch/ welche Troja außgebrand/
ach! was sucht es vor ein Statt? Ach! was sucht es vor ein Land?
Sterops schmiedet schon das Eysen/ Brontes fanget an zu brennen
Martis Stal und Faust die blinckern. Wie kan ich nicht seelig nennen?
diesen den der Todt entseelt? immer ärger reisseit ein/
und verdoppelt sich zur Zeit unsre längst gehabte Pein.

Drümb

Drüm enthebet euch des Klagens / unser HERR der zwar verschieden
und anjetz begraben lieget / lebet in dem Himmels-Frieden
da ihn keine Angst berührt / da ihn keine Klag umbgibt
da ihn keine Noth betrifft / da ihn nichtes nichts betrübt
Sondern da er immer sihet umb den Höchsten Feuer flammen
welche in den höchsten Freuden singen in ein Chor zusammen
da Er solche Freud empfind die die Augen nie gesehn
und die Ohren nie gehört / da die Ausserwöhlten gehn
Vnd das Leben unsers Jammers nicht mehr wündschen und begehren
sie kan keine Leibes Schmertzen noch auch Seelen Angst versehren
jauchtzen / singen / immerfort / und geniessen solche Freud
bey des Höchsten Majestät biß in alle Ewigkeit.
Ach wir Menschen solten wüntschen / daß wir uns dahin erhebten
und nicht also sonder scheuen nach dem eytlen Wesen strebten
da der düstre Lasterschwarm unsre Seelen überhäuffe
und uns unser mattes Hertz als ein grosser See ersäufft.
Herr des Himmels und der Erden bringe balden die Posaunen
welche machen daß die Geister in der Höllen gantz verstaunen
und die Frommen frölich seyn / komm O! Jesu kom behend
gib uns jetzt und alle stund ein erwünschtes seelig-

E N D.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST